

DE COMMENTARIIS PERIODICIS LATINIS

«CANDIDATUS LATINUS» INSCRIPTIS

Bernardus Platzdasch, Heidelbergae
a. d. III Idus Apr. a. MMXX

Quis inter cultores Latinitatis recentis periodicum Latinum, c. t. «Palaestra Latina», ignorat?¹ Qui commentarii ab a. 1930^o usque ad a. 1975^{um} a patribus «Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis» (C.M.F.)² in Hispania edidi symbolis variis generis abundant, quae etiamnunc non solum lectoribus litteris eruditis probantur, sed etiam tirones delectant.³ At pauca tantum de eo periodico nota sunt, ex quo «Palaestra Latina» effloruit. Cum non ita pridem in interreti fasciculos «Candidati Latini» forte fortuna invenerim,⁴ nunc plura de eodem periodico hoc loco proferre possum.

Commentarii periodici Latini, q. t. «Candidatus Latinus»,⁵ a m. Ian. a. 1928^o usque ad m. Jun. a. 1930^{um} Cervariae (vulgo Cervera) in Hispania in lucem editi sunt. Duodecim fasciculi ex prelo prodierunt, quorum unusquisque ex

-
- 1 De «Palaestra Latina» scripserunt Georg LURZ: Lateinische Zeitschriften. In: Societas Latina 3 (1935), pp. 36 sq.; Josephus M. JIMÉNEZ DELGADO: Quantam Claretiani litteris Latinis dederint operam. In: Palaestra Latina 33/34 (1934), p. 126; idem: Latina scripta. Disquisitiones ad humaniorum litterarum cultum, Matriti 1978, pp. 364 sq.; Santiago GARCÍA: Bodas de plata de una singular revista. In: Arbor 33 (1956), pp. 282 sq.; s. n.: A los 25 años de «Palaestra Latina». In: Helmántica 7 (1956), pp. 154 sq.; Diana LICOPPE: Inter eximios Latinitatis vivae fautores: Iosephus-Maria Mir. In: Melissa 21 (1987), pp. 5 sq., et 23 (1988), pp. 3-5; Dirk SACRÉ: Le latin vivant: les périodiques latins. In: Les Études Classiques 56 (1988), p. 98; Alexius SLEDNIKOV: De periodicis Latinis, quae ab saeculo undevicesimo exeunte ad saeculum vicesimum mediis ubicumque terrarum prodierunt. In: Vox Latina 208 (2017), pp. 224-227.
 - 2 Socii congregationis ab nomine Sancti Antonii Mariae CLARET Y CLARÁ (1807-1870), conditoris, breviter «Claretiani» appellantur.
 - 3 Magnam partem fasciculorum «Palaestrae Latinae» associatio Illiberitana, c. n. «Cultura Clásica», praebet hac sede: www.culturaclasica.com/palaestralatina. Index generalis «Palaestrae Latinae» invenitur sub inscriptione hac: www.periodica.pantoia.de/palaestra-latina.
 - 4 <https://xacpremsa.cultura.gencat.cat/pandora/results.vm?q=parent:0000173121&lang=ca&view=premsa>.
 - 5 De «Candidato Latino» scripserunt Iacobus SIDERA: Servus Dei Pater Emmanuel Jové, C.M.F. In: Palaestra Latina 175/176 (1961), pp. 135-137; Iosephus Maria MIR: Nova verba Latina, Barcinone 1970, p. 8; José JIMÉNEZ DELGADO: Latina scripta (vide n. 1), pp. 363 sq.; Diana LICOPPE: tit. cit. (vide n.1). In: Melissa 19 (1987), pp. 3 sq.

paganis sedecim constat. Conditor, moderator, scriptor primarius fuit P. Emmanuel Jové C.M.F. (1895-1936), qui Cervariae in collegio Claretiano linguam Latinam docebat.⁶ Adiuvante P. Francisco Morán C.M.F. id contendit et laboravit, ut «Candidatus Latinus» adiumentum institutionis Latinae esset, quo alumni vel Postulantes congregationis Claretiana ad linguam Latinam discendam incitarentur.⁷

Propositorum «Candidati Latini» P. Jové lectoribus primi fasciculi verbis certaminis metaphorice ante oculos ponit: Ab ecclesia, a Pontifice Maximo, a congregationis fundatore Antonio Maria Claret, a moderatore generali, ab omnibus, qui linguam Latinam apud Claretianos docuerunt, ab universa congregatione Claretiana omnes arcessuntur, «qui in Congregatione tamquam boni milites Christi decernere» peroptant, ut gladii quasi in palaestra quadam exacuantur, gladii tum scilicet in campo Latinitatis vibrandi, «cum Congregatio nostra, delectis undequaque gentium militibus, inque aciem contractis, Romanas Ecclesiae aquilas expansis alis per orbem terrarum ex proelio in proelium victrices deportare conabitur».⁸ Strenue P. Jové enixus est, ut «Candidatus Latinus» talis palaestra evaderet. Itaque ad gladios Latinitatis acuendos in «Candidato Latino» cotes, ut ita dicam, cum probatae tum novae praebentur.

Fundamenta periodici, quae posita sunt in coniunctione Latinitatis classicae cum ecclesia Romana et munere missionario Claretiano, etiam picturis linearibus significantur. Nam in fronte uniuscuiusque fasciculi aquilam con-

6 P. Emmanuel Jové (vulgo Manuel Jové Bonet) natus die 14 m. Sept. a. 1895^o in oppido Vallbona de les Monges in Catalonia sito. Cervariae gymnasium Claretianum frequentavit. Die 15 m. Aug. a. 1912^o vota perpetua in congregatione Claretiana nuncupavit. Sacerdotio Caesaraugustae die 29 m. Mai. a. 1920^o auctus linguam Latinam initio Vici (vulgo Vic), post Cervariae docuit. Ibi primo «Candidatum Latinum», deinde a m. Oct. a. 1930ⁱ commentarios periodicos Latinos, q. t. «Palaestra Latina», edidit. Parabat Lexicon Latino-Hispanicum edere, cum ei mors crudelissima calamum e manibus extorsit. Nam die 26 m. Iul. a. 1936^o ineunte bello civili Hispanico cum iuvenibus quatuordecim Illerdae (vulgo Lleida) militibus popularibus trucidatus est. – *Cfr* Andreas HABERL (Avenarius): De amico nostro R. P. Emmanuele Jové C.M.F. In: Societas Latina 4 (1936), pp. 49 sq.; José JIMÉNEZ DELGADO: El Padre Manuel Jové, C.M.F., notable latinista de nuestro siglo. In: Helmántica 4 (1953), pp. 25-52; Iacobus SIDERA: tit. cit. (vide n. 5), pp. 135-142; Diana LICOPPE: tit. cit. (vide n. 1). In: Melissa 19 (1987), pp. 3 sq. et 21 (1987), pp. 5 sq. Indicem operum P. ris Jové Iosephus JIMÉNEZ DELGADO, tit. cit., pp. 30-38, praebet. Quo ex fonte hausimus, ubi his in paginis nomini aut symbolae asteriscus antepositus est. Nam non omnes symbolae a P. re Jové in «Candidato Latino» divulgatae nomine suo signatae sunt.

7 Titulus integer commentariorum est hic: «Candidatus Latinus. Internus ad linguae Latinae studium apud scholasticos nostrates colendum commentarius». Fasciculi alumnis gratis praebebantur.

8 *Cfr* Candidatus Latinus 1 (1928), p. 3 sq.

spicimus in capitello columnae scuto litteris SPQR inscripto et duabus palmiss ornatae sedentem et in recessu flumen Tiberim, Castellum Sancti Angeli, Basilicam Sancti Petri atque ad dextram iuxta aquilam cor Virginis Mariae gladio traiectum radios e nubibus in globum terrestrem mittens. Insuper in capite primae paginae delineamentum invenitur, quod aedificium universitatis studiorum Cervariensis, sedis collegii Claretiani inter annos 1887^{um} et 1936^{um}⁹, et vultum Pii Papae XI et Imperatoris Augusti ostendit.

Res, de quibus in «Candidato Latino» agitur, apte in ordinem redactae et dispositae sunt. In primis paginis uniuscuiusque fasciculi lucubrations subtiliores a magistris scriptae¹⁰ et poëmata ad pietatem excitandam¹¹ et symbolae de sociis praestantioribus congregationis inveniuntur.¹² Ad concordiam collegiorum Claretianorum amplificandam sub titulo «Chronica» in fine nuntii praestantiores praebentur a collegiis missi.¹³ In pagina ultima interrogantibus subnotatoribus in «Responsorio» rescribitur.¹⁴

Imprimis autem in «Candidato Latino» instrumenta variis generis ad linguam Latinam discendam scribendamque proponuntur. Pueris regulae de nomi-

9 *Cfr* Leonard SANTACANA I TRILLA, Josep M. CODINA I PLENSA: Cent anys de presència claretiana a Cervera. *In:* *Miscellania Cerverina* 5 (1987), pp. 227-259; Albert LLONA PORREDÓN: L'ensenyament secundari a Cervera durant el període claretià (1887-1933). *In:* *Palestra Universitària* 19 (2008), pp. 247-314.

10 C. Ramos: Lux in tenebris (1,9; 3,42); Franciscus Bartylla: De cognitione linguae Latinae (5,66 sq.; 6,3 sq.); Mathias Luengos: Marcus Fabius Quintilianus (6,5 sq.); Sera-pius R. Dueñas: Gaudeamus in Domino (7,17-19); Henricus Martija: M. Tullii Cicero-nis orationes (8,33-35); W. Pascual: Sancta sancte tractanda (9,49-51; 10,65-67); Ilde-phonsus Gonzalez: Claretianum annon? (10,74 sq.); *Aquilejus: Annus Vergilianus (11,1 sq.).

11 Henricus Martija: Vidimus stellam (1,11); Metaphysicae alumnus: Ad Sanctum Thomam (2,19); Ignatius Bota: Festum ad aedes Beatae Virginis a Monte Serrato in Santensi civitate Brasiliiana (3,35); Josephus Fonts: Meditatio (4,52 sq.); Franciscus Reuss: Ad puerum Jesum in praesaepi jacentem [cum vers. Hisp.] (6,10); Henricus Martija: Vivat Papa rex! (7,20 sq.); Thomas Viñas a S. Aloisio: Maria [cum vers. Hisp.] (7,24); Thomas Planes: Amor amorum (8,40 sq.); Augustinus Tejedor: Deiparae filia (9,52); Eugenius Saenz de Urturi: Immaculatae Btae. Mariae Virginis Conceptioni (10, 68 sq.); In festo Smi. Nominis Jesu [cum vers. Hisp.] (11,3).

12 Sebastianus M.^a Calvo: De interiore vita supernaturali Ven. Patris Claret (4,55); Henri-cus Martija: Rmo. P. Nicolao Garcia in nominali suo (5,65); Augustinus Tejedor: Rmus. Pater Martinus Alsina (5,72); *Actuaria: Adm. Rdi. Patris Antonii Soteras pro-fessionis religiosae argenteae nuptiae (6,2); Xaverius M.^a Surribas: In memoriam (6, 6 sq.).

13 1,15; 2,31 sq.; 3,47; 4,63 sq.; 5,78 sq.; 6,15 sq.; 7,31 sq.; 8,47 sq.; 9,61-64; 10,[4]; 11,15 sq.; 12,30-32.

14 *1,16; *2,32; *3,48; *5,80; *6,16; *7,32; *9,64; *11,16; *12,32.

num generibus exponuntur¹⁵ atque «adnotationibus rhetoriciis» descriptionem veris Ovidianam (trist. 3,1-16) explicatur¹⁶. Ut se ad lectionem primae orationis Ciceronis in Catiliam bene praeparent, P. Jové tironibus vocabularium Latino-Hispanicum suppeditat atque textum adnotationibus brevibus Hispanice exponit.¹⁷ Praeterea P. Jové fusius de orthographia Latina disserit.¹⁸

Quin etiam ephebi ipsi in arenam descendunt, ubi sub rubrica «Exercitationes scholares»¹⁹ scriptiunculas suas praebent, in quibus narratiunculae²⁰, fa-

15 *De nominum generibus regulae (1,10 sq.); *Regularum exercitia in nominum generibus (2,25); *Regulae speciales (4,57 sq; 6,7; 8,42; 9,58; 10,75).

16 Philippus Calvo: Adnotationes rhetoricae. Vernum Ovidianum (2, 23 sq.; 3,39-41).

17 *6,[3] sq.; *7,[3] sq.; *8,[3] sq.; *9,[3] sq.; *10,[3] sq.; *11,[3] sq.; *12,[3] sq.

18 *Vallisbonensis Octogesano suo (1,8); Caelum non coelum (4,49-51); Soletus Vallisbonensi suo (8,39 sq.); De orthographia in Candidato Latino usurpanda (11,4 sq.).

19 1,12-14; 2,26-29; 3,43-45; 4,59-62; 5,73-76; 6,11-13; 7,28 sq.; 8,43-46; 9,59 sq.; 10,76 sq.; 11,11-14; 12,27-29.

20 Rudesindus Pastó: Jesus cum aviculis (1,12); Johannes Ciurana: De homine temerario (1,13); Raimundus Llobet: In pervigilio patroni (2,29); Xaverius Bandres: Homo Pepus (2,29); Johannes Costa: Quomodo pueri Mariae devoti ex hac vita decedant (3,43). Joseph Verge: De Mariae misericodia in filios (3,43); Raimundus Novich: Tenerum Eucharistiae osculum (3,43 sq.); Johannes Rodríguez: De duobus avaris (3,44); Eusebius Codina: Sponsio singularis inter Christianum et Maurum (3,44); Josephus Ormo: De vera virtute (3,44); Salvator Pijem: Ad Mariam confugite (3,45); Faustinus Pérez: Materni amoris exemplum (3,45); Michael Torrecilla: Mariam cogitando (3,45); Aloisius Masferrer: De Jesu nativitate (5,74); Jesus Arandigoyen: Enarratio (5,74); Ismael Balcells: De cane et coquo (5,74); Michael Montes: De lignarii lapillis (5,75); Antonius Llerena: Vivat per aevum (5,76); Johannes Sánchez: De duobus inimicis (6,11); Joachim Merino: Paena invenitur in vitio (6,11 sq.); Sennen López: Tres amici (6,12); Athanasius Vidaurreta: Mulier et gallina (6,13); Theophilus Casajus: Sancti Bernardi sponsio (7,28); Franciscus Simon: Aut confiteris aut moreris (7,28); Eusebius de las Heras: Opportunum monitum (7,28); Josephus Amoros: De paenitentia (7,29); E. Casadevall: Juvenis et moneta (7,29); Michaël Oscoz: Urbani praetoris facinus (8,43); Johannes Codinachs: Exemplum (8,44); Augustinus Viela: Contractus irritus (8,44); Josephus Ros: Solitudinem amate (8,44); Johannes Albi: Puerilia (8,44); Evaristus Bueria: Derisor illusus (8,45); Franciscus Roura: Exemplum (8,45); Josephus Albert: De passionis Christi memoria (8,45); Aloisius Escale: De Sancto Petro caelestino (8,46); Vincentius Martínez: Vix apertis labris (8,46); Johachim Riazuelo: De piis sermonibus (8,46); Froilanus Gómez: Amicitia fortis (9,60); Ephraim Amaya: Mentis integritas (9,60); Ildefonsus Ocharau: Commercia bona sunt quaerenda (9,60); Julius Díaz: Inobedientiae punitio (11,13); Nibich, Josephus: Tusculanum Collegium (11,13 sq.); Johannes Sanjuán: Bibulus vini inimicus (12,28); Philipus Cuellar: Terribilissima mors (12,29); Eugenius Sagrado: Aquae frigidae caveus (12,29).

bulae²¹, versiones²², dialogi²³, epistulae²⁴ numerantur, quas «Palaestricus» verbis benignis recenset, emandat, perpolit.²⁵ Ad haec palaestritae ad certamina Latina invitantur.²⁶

Sed P. Emmanuelis Jové insuper multum intererat, ut lingua Latina non tantum in scribendo verum etiam in loquendo in usu versaretur. Itaque, ne Latine loqui cupientibus verba ad exprimenda huius aetatis inventa deessent, sub rubrica «Nova et Vetera» ea in Latinum reddidit, quae vel in vocabulariis non inveniebantur vel difficilius Latine exprimuntur, ut dactylographum, clavichordum, schedinummia, birota²⁷. Quorum verborum usus etiam dialo-

-
- 21 Elías Vallcanera: *Lupus et agnus* (2,27); Antonius Lasa: *Lupus et agnus* (4,62); Johannes Baixeras: *Feles et mures* (5,74); Lamberto Colantoni: *Graculus et pavo* (5,75); Henricus Pujolras: *De formiga atque columba* (6,11); Jacobus Rada: *Asinus et equus* (6,13); Vincentius Vázquez: *Vulpes et gallus* (7,29); Gregorius Vera et Azcona: *Leo et panthaera* (8,43); Marianus García: *De duobus cuniculis* (8,43); Stephanus Eslava: *Anseres et testudo* (11,12); Josephus Ochoa: *Bibulus et asinus* (11,13).
- 22 Elías Vallcanera: *Lupus et agnus* [Phaedr. 1,1; vers. Hisp.] (2,27); Tomás M.^a Planas: *Sanctae Teresiae* [hymnus; vers. Hisp.] (4,59); Ramón Illa: *Ad Virginem Immaculatam* [ex Breviario Romano; vers. Hisp.] (5,73); Lamberto Colantoni: *Graculus et pavo* [Phaedr. 1,3; vers. Ital.] (5,75); Teodoro Ruiz: *Descriptio famelici* [Ov. met. 8,826-845; vers. Hisp.] (9,59); Jaime Falgarona: *Variae nascendi arborum rationes* [Verg. georg. 2,9-21; vers. Hisp.] (10,76); Mariano García: *Camporum Elysiorum descriptio* [Verg. Aen. 6,638-665; vers. Hisp.] (11,11 sq.); Luis Escalé: *Ad melpomenem* [Hor. carm. 4,3; vers. Hisp.] (12,27 sq.).
- 23 Xaverius Morell: *Consilium fraternum* (4,59 sq.); Emmanuel Torras: *De proficiendo in Latinitate* (5,76).
- 24 Petrus García: *Rhetorici Cervarienses totius congregationis rhetorices alumnis* (1, 13 sq.); Simon Perramón: *Syntactici Cervarienses suis fraterculis syntacticis ceterarum congregationis provinciarum* (2,26); Jacobus Calderón: *Rhetorici Calceatenses Cervariensisbus rhetorices alumnis* (2,28); Thomas Cordero: *Rhetorici Dombenitenses Cervariensisbus* (2,28); Stephanus Bartylla: *Francisco fratri* (2,28 sq.); Jacobus Gandini: *Reipublicae Argentinæ rhetorici ad Cervarienses* (4,61); Brasilienses rhetorici Cervariensisbus (5,73); Philomenus Peinador: *Scholastici Segedani Patribus Junioribus Arandinis Prov. Baeticae* (10,[2]); Alumni primi et secundi Philosophiae anni: Rdo. P. Candidati Latini Moderatori (10,76 sq.); Jesus P. Gonzalez: *Scholastici Argentinæ Provinciae dilecto «Candidati Latini» Moderatori* (10,77); Aloisius Torres: *Cilenses postulantes postulantibus Cervariensisbus Codis Mariae* (11,14).
- 25 1,14; 2,30 sq.; 3,46; 4,62; 5,76 sq.; 6,14 sq.; 7,30 sq.; 8,46 sq.; 9,61; 10,78 sq.; 11,14 sq.; 12,29 sq. Palaestri sive Censorini partes P. Franciscus Morán egit. *Cfr Iacobus Sidera: op. cit. (vide n. 5), p. 136.*
- 26 1,15 sq.; 2,[3]; 3,48.[3]; 5,67; 8,[2]; 11,[2].
- 27 *Cfr* 1,4 sq. – Praebentur vocabularia Latino-Hispanica ad *laconicum (1,7), *vehicularia (1,7; 3,36; 5,68 sq.), *dactylographum (2,20 sq.), *stilographum (3,36), *machinam photographicam (4,54), *clavicordum (5,68), *vestimenta (6,8 sq.; 9,55; 10,71), *trahaculum (7,25), *hydroplanum (8,36), melonem et citrullum (9,54) [auctore Marcellino Fernández], *automolum (10,70), *schedinummia (11,9 sq.), *ludicra (11,10; 12,27), birotam (12,26) [auctore ?] pertinentia.

gis Latino-Hispanicis illustratur.²⁸

Quid igitur de indole «Candidati Latini» dicendum est? «Candidatus Latinus» erat adiumentum institutioni Latinae a magistris Claretianis ad usum internum in collegiis congregationis factum, quo alumnis facultatem dabatur, ut vires in Latine scribendo experirentur. Lingua Latina apud Claretianos non docebatur, ut vinculum saeculare esset ad litteratos homines coniungendos, sed quod est lingua ecclessiae atque instrumentum ad fidem Christianam propagandam.²⁹ Qua ex re moderatori etiam magnae curae erat, ut lingua Latina viva voce in usu esset.

Quia «Candidatus Latinus» non modo a scholasticis Claretianis³⁰, verum etiam a lectoribus exteris maximo plausu exceptus erat³¹, moderator et redactores consilium ceperunt «Candidatum Latinum» in publicos commentarios vertere ac nova veste novoque nomine in publicum proponere.³² Itaque fasciculus primus «Palaestrae Latinae» m. Oct. a. 1930º divulgatus est.

28 *De laconico in schola (2, 21 sq.), *De dactylographo (5,69-71); Henricus Martija: *Machina photographica* (6, 9 sq.); Leander Fanlo: *Iter in trahaculo* (7,26 sq.). Insuper colloquia bilinguia haec in «Candidato Latino» inveniuntur: *Ad mensem Marianum (3,37); *Mens sana... (8,37), *Ignis salutaris (9,55-57); Sánchez: *Nuntius spectatus* (10,71-73); *Pila ad scrobiculos (11,5-8), *Tentamina angunt (12,23).

29 Ne alumni se totos ad studium litterarum Latinarum conferentes ut Ciceroniani de rebus Christianis loquantur, Fr. W. Pascual monet «sancta sancte tractanda» (9,49-51; 10,65-67) esse.

30 Non tantum in collegiis Hispanicis «Candidatus Latinus» legebatur, sed etiam in Argentina, Brasilia, Chilia, Columbia, Germania ut litterae tironum in «Candidato Latino» propositae demonstrant (vide supra n. 24).

31 Litteras gratulatorias scripserunt P. Gregorius Martínez de Antoñana (2,17 sq.), Johannes Diaz (2,18), Josephus Fonts (2,18 sq.), Josephus M.^a Fernández (3,33 sq.), Josephus Paluzie (3,34 sq.), Andreas Avenarius (4,[3]), Angelus Viyuela (5,[3]), Aloysius Hernandez (5,[3]), Eduardus Morta (6,[2]), Josephus Calvo (6,[2]), Matthias Luengos (11,8).

32 *Cfr* indicium novi periodici 12,[2].25.

APPENDIX: Index fasciculorum «Candidati Latini»

Annus		Menses	Numerus
I	1928	Januarius, Februarius	Num. 1
I	1928	Martius, Aprilis	Num. 2
I	1928	Maius, Iunius, Iulius	Num. 3
I	1928	Augustus, Septembris, Octobris	Num. 4
I	1928	Novembris, Decembris	Num. 5
II	1929	Januarius, Februarius	Num. 6
II	1929	Martius, Aprilis	Num. 7
II	1929	Maius, Iunius	Num. 8
II	1929	Iulius, Augustus, Septembris	Num. 9
II	1929	Octobris, Novembris, Decembris	Num. 10
III	1930	Januarius, Februarius, Martius	Num. 11
III	1930	Aprilis, Maius, Iunius	Num. 12

CANDIDATUS LATINUS (1)

Annus I (1928) – Mensibus Januario et Februario – Numerus 1

Summarium	[1]
Candidatus Latinus	[2]
Sacrum epigramma	1
Verba auspicatissima – Nicolaus García <i>C.M.F.</i>	2
Lectori salutem – Emmanuel Jové <i>C.M.F.</i>	3-5
Candidatus Latinus	3
Propositum nostrum	3-4
Dispositio	4-5
Invitatio	5
Multiplex commentarii argumentum – Redactio	6
Nova et vetera	7
1. *Laconicum	7
2. *Vehicularia	7
Epistularum commercium	8
*Vallisbonensis Octogesano suo S. P. D.	8
Lux in tenebris – C. Ramos <i>C.M.F.</i>	9
Grammaticalia	10-11
*De nominum generibus regulae	10-11
Vidimus stellam [Poema] – Henricus Martija <i>C.M.F.</i>	11
Exercitationes scholares	12-14
1. Jesus cum aviculis – Rudesindus Pastó <i>C.M.P.</i>	12
2. Procedamus usque Bethlem (Dialogus inter pastores) – Emmanuel Esqué <i>C.M.P.</i>	12-13
3. De homine temerario (Fabula) – Johannes Ciurana <i>C.M.P.</i>	13
4. Rhetorici Cervarienses totius congregationis rhetorices alumnis S. P. D. – Petrus García <i>C.M.P.</i>	13-14
Palaesticus ephebis suis strenui!	14
Chronica	15
Certamen	15-16
Responsorium – *Actuaria	16

CANDIDATUS LATINUS (2)

Annus I (1928) – Mensibus Martio et Aprili – Numerus 2

Summarium	[1]
Candidatus Latinus	[2]
Lectorum voces	17-19
Gregorius Martínez Antoñana [Epistula]	17-18
Johannes Díaz [Epistula]	18
Ad Candidatum Latinum [Poema] – Josephus Fonts, <i>Presbyter</i>	19
Ad Sanctum Thomam [Poema] – Metaphysicae alumnus <i>C.M.F.</i>	19
Nova et vetera	20-22
1. *Dactylographum	20-21
2. *De laconico in schola [Dialogus]	21-22
Epistularum commercium	22-23
[Philosophi Coelsonenses] [Epistula].....	22-23
Adnotationes rhetoricae	23-24
Vernum Ovidianum – Philippus Calvo <i>C.M.F.</i>	23-24
Grammaticalia	25
*Regularum exercitia in nominum generibus	25
Exercitationes scholares	26-29
1. Syntactici Cervarienses suis fraterculis syntacticis ceterarum congregationis provinciarum salutem dicimus – Simon Perramón <i>C.M.P.</i>	26
2. Lopus et agnus (Interpretatio) – Elías Vallcanera <i>C.M.P.</i>	27
3. Rhetorici Calceatenses Cervariensisbus rhetorices alumnis S. P. D. – Jacobus Calderón <i>C.M.P.</i>	28
4. Rhetorici Dombenitenses Cervariensisbus S. P. D. – Thomas Cordero <i>C.M.P.</i>	28
5. Stephanus Bartylla C.M.P. Francisco fratri salutem	28-29
6. In pervigilio patroni (Per somnum) – Raimundus Llobet <i>C.M.P.</i> ...	29
7. Homo Pepus – Xaverius Bandres <i>C.M.P.</i>	29
Palaesticus ephebis suis – Censorinus	30-31
Chronica	31-32
*Responsorium	32
Certamen I	[3]

CANDIDATUS LATINUS (3)

Annus I (1928) – Mensibus Majo, Junio, Julio – Numerus 3

Summarium	[1]
Candidatus Latinus	[2]
Lectorum voces	33-35
Josephus M. ^a Fernández <i>C.M.F.</i> [Epistula]	33-34
Josephus Paluzie <i>C.M.F.</i> [Epistula]	34-35
Festum ad aedes Beatae Virginis a Monte Serrato in Santensi	
civitate Brasiliana (Carmen Vergilianum) – Ignatius Bota <i>C.M.F.</i>	35
Nova et vetera	36-37
1. *Stilographum	36
2. *Vehicularia	36
3. *Ad mensem Marianum (Dialogus in schola)	37
Epistularum commercium	38-39
«Candidati Latini» Moderatori Calceatensis comissio	
sermonis Latini S. P.	38-39
Adnotationes rhetoricae	39-41
Vernum Ovidianum – Philippus Calvo <i>C.M.F.</i>	39-41
Lux in tenebris – C. Ramos <i>C.M.F.</i>	42
Exercitationes scholares	43-45
1. Quomodo pueri Mariae devoti ex hac vita decedant –	
Johannes Costa <i>C.M.P.</i>	43
2. De Mariae misericordia in filios – Joseph Verge <i>C.M.P.</i>	43
3. Tenerum Eucharistiae osculum – Raimundus Novich <i>C.M.P.</i>	43-44
4. De duobus avaris – Johannes Rodríguez <i>C.M.P.</i>	44
5. Sponsio singularis inter Christianum et Maurum –	
Eusebius Codina <i>C.M.P.</i>	44
6. De vera virtute – Josephus Ormo <i>C.M.P.</i>	44
7. Ad Mariam confugite – Salvator Pijem <i>C.M.P.</i>	45
8. Materni amoris exemplum – Faustinus Pérez <i>C.M.P.</i>	45
9. Mariam cogitando – Michael Torrecilla <i>C.M.P.</i>	45
Palaesticus ephebis suis – Censorinus	46
Chronica – Commissio Sermonis Latini	47
*Responsorium	48
Ad horam postremam	48
Certamen	[3]

CANDIDATUS LATINUS (4)

Annus I (1928) – Mensibus Augusto, Septembri, Octobri – Numerus 4

Summarium	[1]
Candidatus Latinus	[2]
Caelum non coelum – Emmanuel Jové <i>C.M.F.</i>	49-51
Meditatio – Josephus Fonts, <i>Presbyter</i>	52-53
Epistularum commercium	53
Sermonis Latini Xerensis Commissio Candidati carissimo	
Moderatori S. P. – Josephus Braz Gomes <i>C.M.F.</i>	53
Nova et vetera	54-55
1. *Machina photographica	54
2. Locutiones familiares	54-55
Nostratia	55
De interiore vita supernaturali ven. Patris Claret –	
Sebastianus M. ^a Calvo <i>C.M.F.</i>	55
Adnnotationes grammaticae – *Bonetus	56-57
Grammaticalia	57-58
*Regulae speciales	57-58
Exercitationes scholares	59-62
1. Sanctae Teresiae / A Santa Teresa (Interpretatio)	
[Hymnus] – Tomás M. ^a Planas <i>C.M.F.</i>	59
2. Consilium fraternum [Dialous] – Xaverius Moreli <i>C.M.P.</i>	59-60
3. De Latinitatis origine et gloria – Josephus Matteocci <i>C.M.P.</i>	60-61
4. Reipublicae Argentinae rhetorici ad Cervarienses [Epistula] –	
Jacobus Gandini <i>C.M.P.</i>	61
5. Lopus et agnus (Fabula) – Antonius Lasa <i>C.M.P.</i>	62
Palaesticus ephesis suis – Censorinus	62
Chronica – Commissio Sermonis Latini	63-64
Lectorum voces	[3]
Andreas Avenarius Emmanueli Jové [Epistula].....	[3]

CANDIDATUS LATINUS (5)

Annus I (1928) – Mensibus Novembri et Decembri – Numerus 5

Summarium	[1]
Candidatus Latinus	[2]
Commissiones sermonis Latini in variis conlegiis	[2]
Rmo. P. Nicolao García in nominali suo [Poema] –	
<i>Henricus Martija C.M.F.</i>	65
De cognatione linguae Latinae – Franciscus Bartylla C.M.F.	66-67
Certamen II	67
Nova et vetera	68-71
1. *Clavichordum	68
2. *Vehicularia	68-69
3. *Caligraphi omnes! De dactylographo (Dialogus in schola) / ¡Todos caligrafos! La maquina de escribir (Diálogo en la escuela) .	69-71
Nostratia	72
Rmus. Pater Martinus Alsina Sevarroja – Augustinus Tejedor <i>C.M.F.</i> .	72
Exercitationes scholares	73-76
1. Ad virginem immaculatam / A Maria inmaculada (Interpretatio) [Hymnus] – Ramón Illa <i>C.M.P.</i>	73
2. Brasilienses rhetorici Cervariensibus S. [Epistula]	73
3. De Jesu nativitate – Aloisius Masferrer <i>C.M.P.</i>	74
4. Feles et mures – Johannes Baixeras <i>C.M.P.</i>	74
5. Enarratio – Jesus Arandigoyen <i>C.M.P.</i>	74
6. De cane et coquo – Ismael Balsells <i>C.M.P.</i>	74
7. De lignarii lapillis – Michaël Montes <i>C.M.P.</i>	75
8. Graculus et pavo (Interpretatio) – Lamberto Colantoni <i>C.M.P.</i>	75
9. Vivat per aevum (Fabula) – Antonius Llerena <i>C.M.P.</i>	76
10. De proficiendo in Latinitate [Dialogus] – Emmanuel Torras <i>C.M.P.</i>	76
Palaesticus ephebis suis – Censorinus	76-77
Monitum	77
Chronica – Commissio sermonis Latini	78-79
*Responsorium	80
Lectorum voces	[3]
Angelus Viyuela <i>C.M.F.</i> [Epistula]	[3]
Aloysius Hernández <i>C.M.F.</i> [Epistula]	[3]

CANDIDATUS LATINUS (6)

Annus II (1929) – Mensibus Januario et Februario – Numerus 6

Summarium	[1]
Candidatus Latinus	[2]
Lectorum voces	[2]
Morta, Eduardus <i>C.M.F.</i> [Epistula]	[2]
Calvo, Josephus <i>C.M.F.</i> [Epistula]	[2]
*Annus novus	1
Adm. Rdi. Patris Antonii Soteras professionis religiosae	
<i>argenteae nuptiae</i> – <i>*Actuaria</i>	2
De cognitione linguae Latinae. Linguae Italicae –	
Franciscus Bartylla <i>C.M.F.</i>	3-4
Epistularum commercium	4-5
<i>*Soletus *Vallisbonensi suo S. P.</i>	4-5
Marcus Fabius Quintilianus – Mathias Luengos <i>C.M.F.</i>	5-6
In memoriam – Xaverius M. ^a Surribas <i>C.M.F.</i>	6-7
Grammaticalia	7
<i>*Regulae speciales</i>	7
Nova et vetera	8-10
1. Candidatus vester	8
2. <i>*Vestimenta</i>	8-9
3. Machina photographica (Dialogus in schola) –	
Henricus Martija <i>C.M.F.</i>	9-10
Ad puerum Jesum in praesaepi jacentem – Franciscus Reuss <i>C.R.</i> /	10
Al niño Jesús en el pesebre – M. de Latorre <i>C.M.F.</i>	10
Exercitationes scholares	11-13
1. De duobus inimicis – Johannes Sánchez <i>C.M.P.</i>	11
2. De formiga atque columba – Henricus Pujolrás <i>C.M.P.</i>	11
3. Paena invenitur in vitio – Joachim Merino <i>C.M.P.</i>	11-12
4. Tres amici – Sennen López <i>C.M.P.</i>	12
5. Praeses, aveto! – Jacobus <i>C.M.P.</i>	12
6. Asinus et equus – Jacobus Rada <i>C.M.P.</i>	13
7. Mulier et gallina – Athanasius Vidaurreta <i>C.M.P.</i>	13
Tempus / El tiempo – Leander Fanlo <i>C.M.F.</i>	13
Palaesticus ephebis suis – Censorinus	14-15
Chronica – Commissio sermonis Latini	15-16
*Responsorium	16
*Preparación para la clase-traducción. Discurso primero contra Catilina.	
Capítulos I-II	[3]-[4]

CANDIDATUS LATINUS (7)

Annus II (1929) – Mensibus Martio et Aprili – Numerus 7

Summarium	[1]
Candidatus Latinus	[2]
Lectorum voces	[2]
Ex commentario Latino Alma Roma [...]	[2]
Gaudeamus in Domino – Serapius R. Dueñas <i>C.M.F.</i>	17-19
Vivat Papa rex! [Poema] – Henricus Martija <i>C.M.F.</i>	20-21
Topiaria	21
De viola – Marcellinus Fernández <i>C.M.F.</i>	21
Ecce quomodo moritur justus – Josephus Mir <i>C.M.F.</i>	22
Rmus. P. Thomas Viñas a Sto. Aloisio, SCH.P. –	
Emmanuel Jové, C.M.F.	23
Maria [Poema] – Thomas Viñas a S. Aloisio <i>SCH.P. /</i>	
Ceñidas nuestras frentes [...] – Felix Muñoz <i>C.M.F.</i>	24
Nova et vetera	25-27
1. *Trahaculum	25
2. Iter in trahaculo / Viaje en tren [Dialogus] –	
Leander Fanlo <i>C.M.F.</i>	26-27
Exercitationes scholares	28-29
1. Sancti Bernardi sponsio – Theophilus Casajus <i>C.M.P.</i>	28
2. Aut confiteris aut moreris – Franciscus Simon <i>C.M.P.</i>	28
3. Opportunum monitum – Eusebius de las Heras <i>C.M.P.</i>	28
4. Vulpes et gallus – Vincentius Vazquez <i>C.M.P.</i>	29
5. De paenitentia – Josepus Amoros <i>C.M.P.</i>	29
6. Juvenis et moneta – E. Casadevall <i>C.M.P.</i>	29
Palaesticus ephebis suis – Censorinus	30-31
Chronica – Commissio sermonis Latini	31-32
*Responsorium	32
*Preparación para la clase-traducción. Discurso primero contra Catilina.	
Capítulos II-III	[3]-[4]

CANDIDATUS LATINUS (8)

Annus II (1929) – Mensibus Majo et Junio – Numerus 8

Summarium	[1]
Candidatus Latinus	[2]
Exitus certaminis II	[2]
M. Tullii Ciceronis orationes – Henricus Martija <i>C.M.F.</i>	33-35
*Descriptio missionarii	35
Nova et vetera	36-39
1. *Hydroplanum	36
2. *Mens sana... (<i>Dialogus</i>)	37-38
3. *Vestimenta	38-39
Epistularum commercium	39-40
*Soletus *Vallisbonnensi suo, S. P.	39-40
Amor amorum – Thomas Planes <i>C.M.F.</i> [<i>Poema</i>].....	40-41
Topiaria	41
De rosa – Marcellinus Fernandez <i>C.M.F.</i>	41
Grammaticalia	42
*Regulae speciales	42
Exercitationes scholares	43-46
1. Leo et panthaera – Gregorius Vera et Azcona <i>C.M.P.</i>	43
2. De duobus cuniculis – Marianus Garcia <i>C.M.P.</i>	43
3. Urbani praetoris facinus – Michaël Oscoz <i>C.M.P.</i>	43
4. Exemplum – Johannes Codinachs <i>C.M.P.</i>	44
5. Contractus irritus – Augustinus Viela <i>C.M.P.</i>	44
6. Solitudinem amate – Josephus Ros <i>C.M.P.</i>	44
7. Puerilia – Johannes Albi <i>C.M.P.</i>	44
8. Derisor illusus – Evaristus Bueria <i>C.M.P.</i>	45
9. Exemplum – Franciscus Roura <i>C.M.P.</i>	45
10. De passione Christi memoria – Josephus Albert <i>C.M.P.</i>	45
11. De sancto Petro caelestino – Aloisisus Escale <i>C.M.P.</i>	46
12. Vix apertis labris – Vincentius Martinez <i>C.M.P.</i>	46
13. De pii sermonibus – Johachim Riazuelo <i>C.M.P.</i>	46
Palaesticus ephebis suis – Censorinus	46-47
Chronica	47-48
*Preparación para la clase-traducción. Discurso primero contra Catilina.	
Capítulo III-IV	[3]-[4]

CANDIDATUS LATINUS (9)

Annus II (1929) – Mensibus Julio, Augusto, Septembri – Numerus 9

Summarium	[1]
Candidatus Latinus	[2]
Epistularum commercium	[2]
Juniores Patres Boeticae Provinciae Scholasticis Segedanis, S. P. –	
Matthias Luengos <i>C.M.F.</i>	[2]
Monitum	[2]
Sancta sancte tractanda I – W. Pascual <i>C.M.F.</i>	49-51
Deiparae filia (Ode in congregationis laudem) –	
Augustinus Tejedor <i>C.M.F.</i>	52
Dies memorabilis – Samuel Santesteban <i>C.M.F.</i>	53
Nova et vetera	54-57
1. Melo et citrullus – Marcellinus Fernández <i>C.M.F.</i>	54
2. *Vestimenta	55
3. *Ignis salutaris / Fuego salvador (Dialogus in schola)	55-57
Grammaticalia	58
*Regulae speciales	58
Rdus. P. Ricardus Hofmann [Nuntius funebris]	59
Exercitationes scholares	59-60
1. Descriptio famelici / Descripción de un hambriento [Poema] –	
Teodoro Ruiz <i>C.M.P.</i>	59
2. Amicitia fortis – Froilanus Gómez <i>C.M.P.</i>	60
3. Mentis integritas – Ephraim Amaya <i>C.M.P.</i>	60
4. Commercia bona sunt quaerenda – Ildephonsus Ocharau <i>C.M.P.</i>	60
Monitum	60
Palaesticus ephebis suis – Censorinus	61
Chronica	61-64
* Responsorium	64
* Preparación para la clase-traducción. Discurso primero contra Catilina.	
Capítulo V	[3]-[4]

CANDIDATUS LATINUS (10)

Annus II (1929) – Mensibus Octobri, Novembri, Decembri – Numerus 10

Summarium	[1]
Candidatus Latinus	[2]
Epistularum commercium	[2]
Scholastici Segedani Patribus Junioribus Arandinis	
Prov. Baeticae, S. P. – Philomenus Peinador <i>C.M.F.</i>	[2]
Monitum	[2]
Sancta sancte tractanda II – W. Pascual <i>C.M.F.</i>	65-67
Immaculatae Btae. Mariae Virginis Conceptioni [Poema] –	
Eugenius Sáenz de Urturi	68-69
Nova et vetera	70-75
1. *Automolus	70
2. *Vestimenta	71
3. Nuntius spectatus (Dialogus) / La noticia esperada (Diálogo) –	
Sánchez <i>C.M.F.</i>	71-73
Claretianum annon? – Ildephonsus González <i>C.M.F.</i>	74-75
Grammaticalia	75
Regulae speciales	75
Exercitationes scholares	76-77
1. Variae nascendi arborum rationes / Diversos modos que	
tienen de nacer los arboles – Jaime Falgarona <i>C.M.P.</i>	76
2. Rdo. P. Candidati Latini Moderatori S. P. –	
Alumni primi et secundi Philosophiae anni (Bossae)	76-77
3. Scholastici Argentineae Provinciae dilecto «Candidati	
Latini» Moderatori, S. – Jesús P. González <i>C.M.F.</i>	77
Palaesticus ephebis suis – Censorinus	78-79
Index rerum	79-80
Corrigenda in loco	80
*Preparación para la clase-traducción. Discurso primero contra Catilina.	
Capítulo VI	[3]-[4]
Chronica	[4]

CANDIDATUS LATINUS (11)


Annus III (1930) – Mensibus Januario, Febrero, Martio – Numerus 11

Summarium	[1]
Candidatus Latinus	[2]
Cartamen III.	[2]
Monitum	[2]
Annus Vergilianus – *Aquilejus	1-2
In festo Smi. Nominis Jesu (Hymnus Breviarii Romani cum versione Hispanica) – Valentín Villalba <i>C.M.F.</i>	3
Grammaticalia	4-5
De orthographia in Candidato Latino usurpanda – Emmanuel Jové <i>C.M.F.</i>	4-5
Conloquia in schola	
*Pila ad scrobiculos / Juego de los hoyos	5-8
Epistularum commercium	8
Candidato Latinae litterae gratulatoriae – Matthias Luengos <i>C.M.F.</i>	8
Nova et vetera	9-10
1. *Schedinummia	9-10
2. *Ludicra	10
Exercitationes scholares	11-14
1. Camporum Elysiorum descriptio / Descripción de los campos Eliseos – Mariano García <i>C.M.P.</i>	11-12
2. Ad rivuli oram [...] – Stephanus Eslava <i>C.M.P.</i>	12
3. De missionariorum sacrificio – Antonius Jesus Osorio <i>C.M.P.</i>	12
4. Bibulus et asinus – Josephus Ochoa <i>C.M.P.</i>	13
5. Inoboedientiae punitio – Julius Díaz <i>C.M.P.</i>	13
6. Tusculanum conlegium – Josephus Nibich <i>C.M.P.</i>	13-14
7. Cilenses Postulantes Postulantibus Cervariensibus Cordis Mariae, S. P. – Aloisius Torres <i>C.M.P.</i>	14
Palaesticus ephebis suis – Censorinus	14-15
Chronica	15-16
*Responsorium	16
*Preparación para la clase-traducción. Discurso primero contra Catilina. Capítulos VII-IX	[3]-[4]

CANDIDATUS LATINUS (12)

Annus III (1930) – Mensibus Aprili, Majo, Junio – Numerus 12

Summarium	[1]
Palaestra Latina	[2]
Altiora documenta. De litteris Latinis apud clericos excolendis –	
*Actuaria	17-21
Ad Virginem Deiparam [Poema] – H. Martija <i>C.M.F.</i>	21
Volatus aërius «Jesu Magnae Potentiae» – Angelus Sarriés <i>C.M.F.</i>	22-23
Conloquia in schola	
*Tentamina angunt / Después de exámenes	23-24
Candidatus Latinus	25
Nova et vetera	26-27
1. Birota	26
2. *Ludicra	27
Exercitationes Scholares	27-29
1. Ad Melpomenem / A Melpomene – Luis Escalé <i>C.M.P.</i>	27-28
2. Bibulus vini inimicus – Johannes Sanjuán <i>C.M.P.</i>	28
3. Terribilissima mors – Philipus Cuéllar <i>C.M.P.</i>	29
4. Aquae frigidae caveus – Eugenius Sagrado <i>C.M.P.</i>	29
Palaesticus ephebis suis – Censorinus	29-30
Chronica	30-32
*b Responsorium	32
*Preparación para la clase-traducción. Discurso primero contra Catilina.	
Capítulos X-XIII	[3]-[4]



CUM SUPERIORUM PERMISSU

— *Frontispicium* —

CANDIDATUS

LATEXNIUS



*Internus ad linguae Latinae studium
apud Scholasticos nostrates colendum Commentarius*

Annus II

Mensibus Januario et Februario

Numerus 6

— Superior pars primae paginae —